

.xvii. OMELIA IN SEXAGESIMA .

PRimum in prædicatione christianus debet populus
silentium tenere . deinde . qui habet aures audi
endi audiat . Id est qui intellectum mentis continet . humi-
liter audiat sermones quos annuntiat sacerdos . Sacer
dos est enim in pace populum ammonere . quod
debeat agere ; populi est cum humilitate et silentio
audire quæ monet sacerdos . [.ii.] Quicquid non licet .
pastoris est prohibere ne fiat . plebis est humiliter au
dire ; memoriter retinere . uoluntarie perficere . Eam
quippe quam non inuenit humilem ueritas fugit men
tem . Unde dominus per prophetam dicit . Ad quem autem re
spiciam nisi ad humilem et quietum et timentem uerba
mea? Quicumque humilis et quietus non erit . non po
test in eo habitare gratia spiritus sancti . Vnusquisque ergo debet
se humiliare . ut gratiam dei ualeat accipere et in ipso semper
maneant ; sicut beatus petrus apostolus dicit ; karissimi . Humiliami
ni sub potenti manu dei . ut uos exaltet in tempore ui
sitationis . Omnem sollicitudinem uestram proicientes in eum .
quoniam ipsi cura est de uobis . [.iii.] Et ideo oportet nos refer
re uobis euangelicam christi prædicationem . et uos decet
humiliter audire quam per parabolam . id est per simili
tudinem turbis ad se audiendum conuenientibus pro
tulit dicens . Exiit qui seminat seminare semen suum .
et dum seminat . aliud cecidit secus uiam et conculcatum
est . et uolucres cæli comederunt illud . et aliud cecidit
/32r/ supra petram . et natum aruit . quia non habebat humorem .
Et aliud cecidit inter spinas . et simul exorte spinæ suffo
cauerunt illud . Et aliud cecidit in terram bonam . et or

tum fecit fructum centuplum . Haec dicens clamabat .
qui habet aures audiendi audiat . [.iiii.] Interrogabat autem
eum discipuli eius quæ esset . haec parabola . quibus ipse
dixit . Uobis datum est nosse mysterium regni dei .
caeteris autem in parabolis . ut uidentes non uideant . et
audientes non intelligant . Est autem haec parabola .
Semen est uerbum dei . qui autem secus uiam hi sunt
qui audiunt . Deinde uenit diabolus et tollit uerbum
de corde eorum ne credentes salui fiant . Nam qui supra
petram . qui cum audierint cum gaudio suscipiunt uerbum .
et hi radices non habent quia ad tempus credunt . et in
tempore temptationis recedunt . [.v.] Quod autem in
ter spinas cecidit . hi sunt qui audierunt . et a sollicitu-
dinibus et diuitiis et uoluptatibus uite euntes suffo-
cantur et non adferunt fructum . Quod autem cecidit
in terram bonam hi sunt . qui in corde bono et optimo au-
dientes uerbum retinent . et fructum afferunt in pa-
tientia . Gregorius dicit . Haec lectio sancti euangelii quam
modo audistis fratres karissimi expositione non indiget sed
ammonitione . quia per semetipsam ueritas illam expo-
suit . Sed est tamen quod solícite in hoc euangelio
considerare debetis . [.vi.] Quia si nos uobis semen . uerbum .
agrum . mundum . uolucres demonia . spinas . diuitias .
Significare diceremus . ad credendum nobis mensuram
dubitaret . Et ideo isdem dominus per semetipsum dignatus est
/32v/ exponere quod dicebat . ut sciatis rerum significationes cer-
tius etiam in his querere . que per semetipsum noluit expla-
nare . Exponendo ergo quod dixit . figurate se loqui sepius
ostendit . quatenus uos crederetis . cum uobis nostra fragilitas
uerborum illius mysteria explanare uoluisset . Quis
enim nobis umque crederet si spinas diuitias interpretari uo-

luissemus . si ipse prius non exposuisset . Maxime cum illę
exasperant . iste dilectant . et tamen spine sunt . quia
cum usque ad peccatum pertrahunt . sicut gladius corpus
uulnere . Ita animas maculis cruentant . [.vii.] Quas bene
alio in loco dominus fallaces diuitias appellat . Fallaces enim sunt .
quia nobiscum diu permanere non possunt . Hę sunt autem
uerę diuitię quę nos semper diuites uirtutibus faciunt . Si ergo
fratres karissimi diuites esse cupitis . ueras diuitias amate . Si culmen
ueri honoris queritis ad caeleste regnum tendite . Et si gloriam
dignitatum diligitis . in illa superna angelorum societate asscri
bi festinate . Uerba dei quę a domino auribus percepistis . mentibus
retinete . aeternę mortis periculum iugiter formidate . Quia
omne quod in hac uita agitis cito transit . et ad extremum iudi
cium sine ullius spatii interpositione cotidie uolentes
nolentes que pro peccatis . [.viii.] Cur ergo fratres karissimi multum amatur
quod relinquitur . et cur illud multum negligitur . ad quod cer
tissime peruenitur . Mementote quod dicitur . qui habet aures
audiendi audiat . Hoc quidem significat . ut sermo dei
in secretis cordis semper maneat . Curate ergo né semen iuxta
uiam cadat . Id est né malignus spiritus ueniat et a memoria
mentis uerbum tollat . Curate né petrosa terra semen
acepiat . et fructum boni operis sine perseuerentie radicibus
/33r/ perducatur . Multis enim libet quod audiunt . et boni operis initia
proponunt . Sed mox ut fatigari aduersitatibus huius mun
di coeperint inchoata derelinquunt opera . Petrosa autem
terra ideo humorem non habuit . quia hoc quod germinaue
rat ad fructum perseuerantię et maturitatis non perduxit .
[.viii.] Multi namque cum uerbum contra auaritiam audiunt . ean
dem auaritiam magnopere detestantur . et rerum omnium
contemptum laudant . Sed tamen ut animus uiderit
quod concupiscat mox obliuiscitur quod laudabat . Sunt

multi qui quando contra luxuriam uerbum audiunt .
pollutiones carnis non solum iterare non appetunt . sed
etiam perpetratas erubescunt . sed mox ut carnis species
eorum oculis appareat . sic mens iterum ad desiderium
rapitur . ac si adhuc ab ea nihil esset contra haec desi-
deria exsecratum . Sæpe etiam contra culpas compungi
mur . et tamen post fletum cito ad culpas iterum redimus .
Sicut balaam uatis gentium israhelitici populi tabernacula
contemplatus fleuit . eisque se similem fieri in morte de-
poposcit dicens . Moriatur anima mea morte iustorum .
et fiant nouissima mea . horum similia . Sed mox ut
hora conpunctionis transiit . in auaritię nequitia ex-
arsit . Nam propter promissa munera . ad eius populi mor-
tem consilium cito cecidit . Cuius morti se fieri similem
antea optauerat . et oblitus est quod desiderauerat .
cum extinguere mun`e`rum noluit desiderium . quod in
corde suo ardebat per auaritiam . Notandum est autem
quod nouissime dicitur . Semen cecidit in terram bonam . et ob-
tulit fructum in patientia . Hi sunt quidem qui in corde
/33v/ bono et optimo uerbum retinent . et fructum afferunt
per patientiam . Quia scilicet nichil sunt bona quę agimus .
si non aequanimiter etiam proximorum mala toleramus .
Quanto enim quisque plus profecerit . tanto in hoc mun-
do inuenit quod durius sufferat . Quia cum a presenti seculo
mentis nostrę delectatio deficit . eiusdem seculi aduersitas
nobis crescit . Hinc est enim quod plerosque cernimus
bona opera agere . et tamen subgraui tribulationum
fasce laborare . Terrena namque desideria fugiunt
et tamen flagellis durioribus fatigantur . sed iuxta
uocem domini fructum per patientiam reddunt . Quia cum
humiliter flagella ad aeternam requiem sublimiter

susciuntur . Quisquis ergo appetit plenae uitae
uincere . studeat humiliter purgationis suae flagel-
-la tolerare . Ut tanto post ad iudicem deum mundior
ueniat . quanto nunc eius rubiginem ignis tribulati
onis purgat . Instigate ergo uos fratres karissimi ad studium
boni operis . et multa bona opera agite . Vt cum iustis
et misericordibus consortes esse in regno dei ualeatis .
prestante domino nostro iesu christo . qui cum patre et spiritu sancto
uiuunt et regnant in secula seculorum . amen .